

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Contemplacio a  
cum fonte primo

→ Ipsa est enim species cui contemplandae suspirat  
omnis qui affectat *diligere deum ex toto corde*  
*et ex tota anima et ex tota mente;*  
ad quam contemplandam etiam proximum quantum  
potest aedificat qui *diligit et proximum sicut se*  
*ipsum, in quibus duobus praecepsit*  
*tota lex pendet et prophetae.*

Quod significatur etiam in ipso Moyse.  
Nam cum dixisset propter dilectionem dei  
qua praecipue flagrabat:  
*Si inueni gratiam in conspectu tuo,*  
*ostende mihi temet ipsum manifeste*  
*ut sim inueniens gratiam ante te,*  
continuo propter dilectionem etiam proximi subiecit  
atque ait:

*Et ut sciam quia populus tuus est gens haec.*

← Illa est ergo species quae rapit  
omnem animam rationalem desiderio sui tanto  
ardentiores quanto mundiorem et tanto  
mundiorem quanto ad spiritualia resurgentem, tanto  
autem ad spiritualia resurgentem quanto a carnalibus  
morientem.

Contemplacio est illa species que rapit  
omnem animam desiderio sui tanto  
ardentiores quanto mundiorem, et tanto  
mundiorem quanto ad spiritualia surgentem, et tanto  
ad spiritualia surgentem quanto carnibus  
desideriis et terrenis affectibus  
morientem.

Augustinus I. de trinitate.

Augustinus Hipponensis, *De trinitate*, 2.17  
(CCSL 50, W.J. Mountain ed., pp.118-19, ll.27-41).